



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 73. Cæsaris rationes pro indulgendo Sacerdotum conjugio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

dotes conjugatos nonnihil remittere, <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 atque ea in re Silesiis, Moravis, Bohe- <sup>A.C. 1564.</sup>  
 mis, atque Austriacis gratificari, &  
 ad eorum preces inclinari velit, cum  
 in hisce Provinciis absque hac indul-  
 gentia brevi nulli amplius Sacerdotes  
 reperiri possent.

§. LXXIII.

*Cæsaris rationes pro indulgendo Sa-  
 cerdotum conjugio.*

**H**isce literis Cæsar brevem addidit  
 explicationem earum rationum,  
 quæ Sacerdotum conjugii favere vide-  
 bantur: præprimis autem hæc expone-  
 bantur: „negari non potest, utriusque  
 „testamenti testimoniis uxores Sacerdo-  
 „tibus permitti, cum constat, quod Apo-  
 „stoli ipsi paucis exceptis conjuges ha-  
 „buerint: porro id, quod Christus post  
 „eorum vocationem mandaverit, ut se  
 „ab Uxoribus separarent, nullo loco re-  
 „peritur: insuper liquet in prima Orien-  
 „tali, & occidentali Ecclesia usque ad  
 „tempus prohibitionis a Calixto Papa  
 „factæ, Sacerdotum conjugia libera, ac  
 „licita fuisse; proinde cum natura no-  
 „stra fragilis sit, & omnium ætas ab  
 „adolescencia in malum prona, nec non  
 „caro sit stimulus peccati, arctissima  
 „que continentia via, paucique repe-  
 „riantur, qui carnis stimulum non sen-  
 „tiunt,



Sæcul. XVI.  
A. C. 1564.

„tiant, & in igne positi non ardent,  
„fitque talis ignis concupiscentiæ ad  
„perniciem devorans, Dionysius Co-  
„rinthi Episcopus in epistola, quam ad  
„Gnosticos perscripserat, prudentissime  
„Pinytum Suffraganeum monuit, ne  
„cœlibatus onus tanquam necessarium  
„fratribus, id est, Clericis suis impo-  
„neret, sed infirmitatis plurium ratio-  
„nem haberet. „

Postea etiam proferebatur in eadem  
epistola celebris illa historia de Paph-  
nutio, quam Socrates, & Sozomenus  
referunt, licet eadem pluribus saltem  
suspecta videatur: „His dictis addeban-  
„tur quoque ista: gravior adhuc hodie  
„urget ratio, ut circa hunc articulum  
„Sacerdotibus honesta permittatur li-  
„bertas, quam in illo sæculo, ubi pie-  
„tas, & Cleri fervor hanc indulgentiam  
„haud esse necessariam suadebant.  
„præterea ob connubii interdictum ea  
„est Sacerdotum penuria, ut theolo-  
„gorum Scholæ apud Catholicos va-  
„cuae sint, spretisque Episcopis omnes  
„ad Sæculariorum Gymnasia profugiant,  
„ibique quali quædam rannuum impositio-  
„ne accepta se passim ingerant, unde  
„fit, ut evadant Ecclesiæ Catholicæ,  
„supra quam credi possit, dedecori:  
„qui tamen libertate conjugii permissa,  
„omnes in Ecclesia nobiscum manerent:  
„pro-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.

„proinde Ecclesiæ bono congruere vi-  
 „detur, ut sua Sanctitas contra re-  
 „gulæ severitatem ea in re aliquid in-  
 „dulgeat, & liceat viris sacram vitam  
 „professis vel in cœlibatu permanere,  
 „vel matrimonium contrahere, ut dein  
 „honesti mariti, qui docti, & rerum Ec-  
 „clesiasticarum periti sunt, ad sacros  
 „majores Ordines admittantur; Præ-  
 „terea peto, ut cum Sacerdotibus, qui  
 „jam antea contra constitutiones sacras  
 „matrimonium contraxerunt, in tanta  
 „ministorum inopia dispensetur, & ii  
 „per Ecclesiam gratiose tolerantur, ac  
 „denique Ecclesiis ministrandi, ac sua  
 „munia obeundi cura ipsorum conscien-  
 „tiis relinquatur, cum valde absurdum  
 „audiret, Sacerdotes conjugatos re-  
 „movere, scortatores vero, qui contra  
 „legem divinam, & humanam simul  
 „peccant, delinquentes pati; si vero ii  
 „castitatis voto adstringendi videantur,  
 „certe ad Sacerdotium promoveri non  
 „debent, nisi qui proventa jam ætate  
 „sunt, & de quibus spes certa concipi  
 „potest, quod cœlibatum pie, & in-  
 „violate colant. „ Attamen Imperator,  
 „quantumvis id impense efflagitaret,  
 „nihil a Pontifice circa hunc articu-  
 „lum impetrare poterat. (\*)

S 5

§. LXXIV.

(\*) An hæ rationes seipsa a Maximiliano II. Chri-